

Resp. in his etiam sunt *quatuor termini*.
 Nam vox *theses* in maiore sumitur *absolutè*
 & *sine addito*. Sensus enim est: *qui the-*
ses tuas appellat theses absolutè & sine addi-
to, ille verum dicit. Sic vox *Candidati* eò-
 dem modo. Sensus enim est: *qui dicit te*
esse Candidatum absolutè & sine addito, ille
verum dicit: In Prædicatis autem *utriusq;*
minoris horum Syllogismorum vox *theses,*
 & *Candidati*, non accipiuntur *absolutè*, sed
cum apposito seu addito. Nam qui *theses*
tuas falsas theses appellat, ille *theses tuas*
 non *absolutè*, & *sine addito* appellat *the-*
ses, eo ipso dum *ipsas* appellat *falsas*. Et
 qui te *indoctum candidatum esse* dicit,
 non dicit te esse *candidatum absolutè & si-*
ne apposito, eo ipso, quod *candidatum in-*
doctum te esse dicit. *Vide pag. 29.*

24. *Quod Deus vult id fit:*

Atqui Deus vult omnes homines salvos
fieri: 1. Tim. 2. 4.

E. O. homines salvi fiunt.

Resp. major accipienda hoc modo: *Quod*
Deus absolutè vult, id fit. Sed *Deus non vult*
absolutè omnes homines salvos fieri, sed
 certo